



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Praedicatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Ad quintum, quoad primum, pertinet ad Archidiaconum, ut incedant bini ordinatè, devotè, & honestè, Host. in ca. officium, de offic. Archid. per illum tex. Boet. in tract. de ani. ma. conf. parl. Franc. n. 99. quoad secundum, sac. Cong. declar. 467. in meis, censuit in hæc verba; Ad Episcopum, cum consilio Capituli, pertinet decernere, & dicere, quæ, & quæ dicende, dirigendeque sint processiones.

P R A E D I C A T I O.

S U M M A R I U M.

1. *Ad quem pertineat prædicatio.*
2. *Quis prædicare possit.*
3. *De cuius licentia.*
4. *Ubi debet audiri.*
5. *An peccet mortaliter prædicans in peccato mortali.*
6. *A quibus debet cavere, & quas infractiones debet habere.*
7. *Ad quem spelet munus eligendi prædicatorem, & ei tribuere elemosynam.*
8. *Quando debet prædicari.*
9. *An locorum Ordinarii possint examinare prædicatores.*
10. *An prædicare possit eis qui est sine ordinatione sacra.*

Ad primum, sac. Conc. *eff. 24.c.4.* *de resor.* dicit esse munus Episcoporum præcipue, ita D. Paul. i. *Timoth.* c. 5. & 2.c.4.

Ad secundum, videatur Castro lib. 3. c. 2. *de iusta haret. puni.* ubi concludit, quod ex indifferenticentia, quæ datur unicuique concionandi, ortæ sunt multæ hæreles, &c. 3. duo præcipue esse

necessaria prædicatoribus assertit, bonitatem vitæ, & doctrinam, ideo sancte Leo X. in Bullâ sua, quæ est 15. sol. 205. excommunicat ipso facto excommunicatione Papali, & aliis poenit., prædicantes sine licentia suorum superiorum, & Conc. Trid. *eff. 5.c.2. §. si quæ,* p̄cipit, nulli dati licentiam prædicandi, nisi à superioribus fuerint examinati de vita, moribus, & scientia, & approbati, quod considerare possunt locorum Ordinarii, ut aspiciant approbationes prædicatorum an sint recentes, an veteres, veræ, an fictæ.

Ad tertium, sac. Conc. *loc. cit. disponit.* quod si prædicant in Ecclesiis suorum ordinum stante licentia & approbatione suorum superiorum, sufficit se præsentare coram Ordinariis, & ab eis dispositionem petere (& præsentare, intellige personaliter) pet gloss. in *Clement.* *Dudam,* de sepult. in ver. præsentati: si in Ecclesiis, non suorum Ordinum, nō sufficit petere benedictionem, sed debent habere licentiam ab ipso Ordinario, in *eff. verd. 24.cap. 4. de resor.* disponit, quod nullus tam secularis, quam regulatis possit prædicare, nec in Ecclesiis suorum Ordinum contradicente Episcopo: ergo non sufficit petere, sed obtinere licentiam ab ipsis Ordinariis, & si facerent oppositum, possent ab Ordinariis locorum excommunicari, cap. *excommunicamus*, §. quia verò, gloss. in capit. *quod Dei*, in ver. *privilegium*, de statu mon. Symanc. de Cath. *justicie.* titul. 49. Penga Com. 40. in capit. 12. 2. part. *Direct. Inquisit. Cast. loc.* cu. cap. *tertio circa finem*, potest etiam

Aaa 2 Ordinarii



Ordinarius exigere fidei professionem à Regularibus , quando dat eis licentiam concionandi. declar. Sac. Congreg. 28.

Ad quartum, sac. Conc. loco cit. §. moneat, dicit teneri unumquemque parochiæ suæ interesse (ubi commodè fieri potest) ad audiendum verbum Dei , quod videtur sonare prœceptum , utens verbo teneri, & ita videtur annuere Navar. capit. 21. notab. 5. Sylvest. in ver. domini- nica, numero 8. §. 6. ver. tertium, Angel. in ver. feria, numero 44. sed Cone. addit moderationem, si id commodè fieri pos- test. Ideo vidi viros pios, & doctos alibi audire verbum Dei , non in parochia, quia fortasse ei plus satisfacit unus quam alter concionator: & sac. Congr. declarat. 6. disponit, non posse Ordinarium multis, & pœnis cogere ire ad audiendum sacram concionem , & Missam in Ecclesia parochiali.

Ad quintum, quicquid dicat Navar. capit. 25. numero 141. tamen quod non peccat mortaliter, Soto 4. Sen. d. i. qu. 5. artic. 6. Cajetan. in Summa ver. prædicato- rum peccata, tamen tunc esset vera sen- tentia Navar. & Cajet. quando pecca- tum esse publicum, seu notorium.

Ad sextum, primò debet canere , ne publicè & incaute reprobentur, vel mordeat Episcopos , sub pœna imposta à Leone X. Bulla superius citata. Secun- dò, non erit inutile habere libellum instrucionum concionatorum , conse- cutum jussu Illustrissimi & Reverendissimi Caroli Boromei , Archiepiscopi Mediolanensis, & habetur in actis e- iusdem Ecclesiæ similitet & Rethori-

cam Reverendi Patris Aloysii Grana- tensis, &c alia hujus farinæ, vidi Bull. Pii V. quæ est 119. ubi prohibetur disputari in prædicationibus de Conceptione be- atæ Virginis.

Ad septimum, sac. Congreg. declar. 222. disponit , quod munus eligendi prædicatorem Episcopo incumbit, & declar. 383. dicit idem, nisi in contrarium sit consuetudo, ab immemorabili tempore citra, & declar. 286. dicit: Episcopus debet sumptibus propriis conducere in Eccle- sia Cathedrali prædicatorem, non ob- stantibus quibuscumque consuetudini- bus, etiam immemorabilibus, & declar. 253. dicit, quod Episcopus, vel debet per se ipsum prædicare, vel sumptibus pro- priis alium cōducere, qui id munus ex- quatur: & declar. 166. censuit, quod ibi viget consuetudo, quod populus solvat concionatorem, illa debet observari, & declarat. 232. disponit, quod dum est du- bium, quorum sumptus sit conductus concionator, pro quadragesima, debet Episcopus interdum proprio sumptu conducere illum.

Ad octavum, non de nocte, sed ma- né in aurora si agitur de prædicatione Passionis Domini nostri, Conc. Provin. Benevent. c. de repræsent. toll. & Con- Provinc. Neap. capi. 5. de prædicat. ver. Dei, ubi agitur etiam de aliis prædicationibus & Conc. Provinc. Culen. fess. 1. ca- pit. de præd. ver. Dei, §. pen. nisi aliud E- piscopo magis expedire videatur.

Ad nonum , respondeatur quod sic, prout elicetur ex Bulla Leonis X. quæ est 15. & ita vidi practicari Romæ, Neapo- li, & Beneventi.

Ad



Ad decimum, respondetur quod sic:
Nav. con. 7. de indice deleg. non hoc faci-
at ex commissione superioris, immo etiam
laicus, cap. mulier, 23. dist.

PRÆROGATIVA SEU GRA-
DUATIO.

Primo, prærogativa, seu graduatio sa-
tis est in consideratione apud Ro-
manam Curiam, circa collationem
beneficiorum ibi vacantium, quæ licet
ante Conc. Trid. erat infrequentiori usu,
propter expectativas, & mandata de
providendo, camen hodie etiam sibi lo-
cum vendicat, circa concurrentiam ad
vacantias beneficiorum in Urbe, ut hac
in praxi de ea aliqua habeatur noti-
tia, licet remissive. Dico, quod de
prærogativa, vel graduatione, tam gra-
duum literatum, sive scientiarum, arti-
um, & facultatum, familiaritatum, &
nobilitatum, & quomodo practicetur,
videndus est Staph. de liter. grat. à sol.
ii. usque ad folium 158. & Gom. de co-
dem tract. quia facilius Papa concedit
beneficia Doctoribus, cap. cum in cun-
dis, §. inferiora, de elect. Caputaq. dec.
177. i. par.

Secundò, prærogativæ honoris quot
sint, vide Gemin. in cap. i. ver. quare qua,
de offic. leg. 6. ubi ex Host. enumerat un-
decim. Prima, prælationis: secunda, di-
gnitatis: tertia, temporis: quarta, anti-
quitatis: quinta, consecrationis: sexta,
manus excellentis impositio: septima,
majoris ordinis: octava, recognitio-
nis feudi, ubi laicus tenetur clericō,
& è contrā: nona, magisterii, sive

instructionis: decima, honestatis, sive
sanctitatis: undecima, honoris, ut
Legati & Cardinales: ista deserviunt
pro & quando in jure, vel in Bullis
fit mentio de honore prælationis pro
practica.

PROFESSION.

Primò, quando in Regularibus ob-
liget professio, & num omnis pro-
fessio? Respondeatur præpositis, quæ di-
cta sunt superius *in vers.* *Moniales*, §. 2.
quod professio sollemnis obligat Regu-
larum ad omnia onera Religionis, cuius
professionem emiserit, patet juribus
vulgatis, & *Sylvest. in ver.* *Religio*, 3. per
totum. Secundò, quod obligat ad ob-
servantiam, *cap. 19. sess. 25. fac.* *Conc.*
Trid. de reform. *Regul.* imò quod quin-
quennium illud, de quo ibi, non possit
prorogari, & obligat etiam eos, qui exie-
runt ante confirmationem *Concilii à*
Religionibus, ita *sac. Congr. declar.* 410.
§. *non dentur.* Sed hoc quinquennium
non currit legitimè impedito, quin pos-
sit etiam, eo clapsò, reclamare. *Navar.*
loc. cit. vers. 2. ¶ 3. Tertiò, quod pro-
fessio tacita etiam obligat ad observan-
tiam illius *cap. 19. in facto responsum fuit*
ab ead. *fac.* *Congr. in quadam causa,*
dum esse Romæ, de mense Maii, 1589.
Navar. in c. nullum. nn. 77, 18. q. 2. ¶ in c.
statuimus, notab. 20. nn. 75. ver. 2. ¶ col.
35. *de reg. & si excunt, & deponunt ha-*
bitum, sunt apostatae, & subjacent cen-
furis. Nav. de reg. com. c. 27. nn. 18. ver. 26
*Quartò, quod regulares, qui sunt ejus-*dem ordinis, qui requirat professionem,**

Aaa 3 si taci-